

*no ista eulog  
+ cultus*

# TRACTATVS DE COMPROMISSIS.

IN QVO OMNIA AD ARBITRORVM,  
Arbitratorumq; negotium quo vis modo spectan-  
tia, a nullo ha<sup>c</sup>tenuis ita perfecte Digesta,  
& Compilata, declarantur.

AD PRAGMATICAS. O D I A. ET SE<sup>Q</sup>VEN.  
*Regis Ferdinandi Primi. earumque exactissimam  
enucleationem miro ordine conferens.*

CAMILLO BORELLO  
Oliuetano I.C. Clariss. Authore.

Adiectis ab eodem rerum summis, & Indice locupletissimo.  
C V M P R I V I L E G I I S.



Bibl.

VENETIIS, M D XCVII.

Apud Ioannem Baptis<sup>m</sup>am, & Ioannem Bernardum Sessam.

COLL. SOC. IESV SALM, EX DONO REGVM.

INNOCENTII VRSINI  
IN OPERIS LAVDEM  
CARMEN.



**V**T fugiantur iuniorum nunc sanguine lites,  
Et careat strepitus ineunda viris,  
Arbitrioque virum querantur iura proborum,  
Et compromitii causa mouenda queat,  
Ut seruetur amor, non ut lucretur, & ipse  
Prætor, scriba simul tempus inane terat,  
Quo simul auari euaneat iudicis ira,  
Hoc opus ante oculos quisquis habere velit.

EIVSDEM TETRASTICON.

Ut foravitentur loculos primantia numis,  
Utque simul pauper iura libenter agat,  
Ut bene seruenter consanguinitate propinqui,  
Hic bene BORRELLVM consuluisse reor.

TETRASTICON EIVSDEM

AD AVTHOREM.

Quæ nulli condam docti scribenda putarunt,  
E tenebris duxti docte C A M I L L E quidem:  
Debeat ergo tibi post hac vir quisquis in orbe,  
Edent assidue mascula thura tibi.



# CAMILLI BORRELLI

## P R A E F A T I O.

¶ S V M M A R I V M .

- 1 Omnes homines natura scire desiderant.
- 2 Scire est ultima hominis perfectio.
- 3 Scientia paucis concessa.
- 4 Inflititia virtutis splendor est maximus.
- 5 Inflititia praeclarissima est omnium virtutum.
- 6 Charode Tiriorum regis in seipsum inflititia.
- 7 Zaleucus Locrensem princeps iustus.
- 8 Regna sublata inflititia sunt latrocinia.
- 9 Deus dilexit inflitiam.



I

M N E S homines natura scire desiderant, † inquit Aristotel. lib. j. Metaphy. j. Qd apud Ciceronem lib. v. de finibus comprobatur, Tantus est (inquit) innatus nobis cognitionis amor, & scientiae, ut nemo dubitare possit, quin ad eas res capiendas hominum natura, nullo emolumento inuitata rapiatur. & idem Cicero lib. officiorum primo dixit, Omnes trahimur, & ducimur ad cognitionis, & scientiae cupiditatem, in qua excellere pulchrum putamus. Et sciendi cupiditatis ratio ea est, quam Aristotel. lib. Posteriorum. j. c. vij. & Auerroes in j. Metaph. primò astruxerūt: Quia scirest ultima est hominis perfectio, finisque postremus. Quae perfectio a mortalibus vix attingi potest. Quid enim po-

- 10 Inflititia nostra Christus est.
- 11 Aaron Virga, figura inflitiae.
- 12 C. Fabritius consul romani exemplum.
- 13 Aristophanis Messenij inflititia.
- 14 Sapiens habet oculos in fronte.
- 15 Virtus quid secundum Senecam.
- 16 Scripturæ memoria immobilis.
- 17 Phalaris Agrigentinus sapientissimus.

test mortalis sibi promittere ad finem perfectum ducere? Hominum nanque cogitationes, & arbitria, perficiendæ rei cuiuslibet studio cogitata, a temporis veloci curiculo consumuntur, Iuxta illud Ouidij. dum inquit.

*Tempus edax rerum, suq; immodiosa vetustas  
Omnia desfrutat.*

Quod et alio incerti authoris epigrammate vulgato confirmatur, dum istam sententiā similibus ferè verbis concludit dicens.

*Omnia nata rident, & que creuerit senescunt,*

*Finis ab incepto pendet ubiq; suo.*

Hoc idem apparet ex verbis Annae Senecæ in tragedia Hyppolyti. cap. xj.

*Volat ambiguis mobilis alis  
Hora, nec vlli praefiat velox  
Fortuna fidem.*

Et iterum idem Seneca in Troade, cap. v. inquit.

*Quicquid sol orient, quicquid & occidens  
Nouit Oceanus carulenis fretus,  
Quicquid vel veniens, vel fugiens lata*